13 L.D.O.M.B.M.S.V. A perpetua lode del q. Sig. Christoforo Stropazolo pio legatario alla presente Chiesa di ducati 65. d'annua entrata, con obligo al Governatore *pro tempore* di detto legato di far celebrare ogni settimana, Messe trè da morto in detta Chiesa *in perpetuo*, all' Altare della B. V. M. del Rosario; ne giorni di Mercordì, Venerdì, & Sabbato, con dare al Cappellano ducati trenta, & gl' altri ducati trentacinque da essere dal detto Governatore ogni cinque anni investiti in tanto oro, & argento per ornamento dell' Altare di detta B. V. M. come si legge nel suo Testamento 1621. 16. maggio, Nodaro D. Bernardino Guerra da Monselice, al quale, &c. acciò non perisca sì fatta degna memoria, fù fatta erigere questa pietra da D. Francesco q. Antonio Borgo, q. Mandicardo Governatore di detto lasso, l' anno 1679.

In Columna Tribunæ ad lævam.

14 Dominus Andreas Ferratus societatis Sacratiss. Corp. Christi Æconomus vigilantiss. Tribunam hanc necessariò construendam proposuit, & à Proceribus populi facultate habita, ære piorum, peracto anni circulo, complendam

enixè curavit. Præsidente D. Domenico Leonato. Anno D. MDCLXVII. XII. Kal. Oct.

In sacrario, in marmore.

Sacrarium hoc D. D. Franciscus, & Joannes Burghi Fratres, filii Domini Antonii, viri pietate clari, ad Dei honorem, ac laudem, nec non pro sacerd. commodo, & Eccl. hujus ornam. partim ære proprio, & partim legato q. D. Antonii eorum Patris habita, supra hoc, debita facultate, & à populi comitio assensu à fundamentis summa cum celeritate, & alacritate erigi jusserunt, nulloq; interposito intervallo temporis, perfici studuerunt. Anno à Nat. D.N.I.C. CIↃIXLXVIIX. prid. Idus Aug.

Ibidem prope ærarium Ecclesiæ in marmore.

L. D. O. M. Fù fatto ridurre à questa perfettione questo luogo dalla pietà delli D. D. Franc. e Gio: fratelli Borghi, qual deve servire per riporvi l'argentarie non solo, che si comprano con l'annual legato del q. Venerabile Ant. q. Mandricardo Borgo suo Padre, come si vede nel suo Testamento del dì 15. Maggio 1668. Rogato per il spett. D. Bortolo Bosio Nodaro Pad. Mà etiandio tutte le altre, per avanti comprate co'l proprio denaro, & per loro divotione; quale tutte non possano esser prestate à chi si sia; il tutto à lode di Dio, & di S. Ant. loro protettore l'anno del N. S. J. C. CIↃIXLXXVII. li 20. del Mese di Settemb.

In domo Dominici Leonati, in lapide.

Piezarie mai più per li danni, e male sodisfattioni havute.

P I G O Z Z O.

IN questo luogo detto del Pigozzo si radunarono del 1236. li duodeci Podestà, overo Ambasciatori eletti dal Consiglio di Padova, con auttorità di soggettar la Città à Federico II. Imperatore, che già era venuto in Italia. *Ong. l. 2.* la quale poi del 1237. fù data da Padovani ad Ezzelino, e la ricevè il Conte Gaboardo Vic. Imperiale. Vedi *fol.* 7.

In Eccl. olim S. Bonifacii, nunc S. Mariæ titulo Abbatiæ decorata. Extrà Super ostium.

Surrexit paupercula Ecclesia, sub Rev. D. Ludo vico de Tyronibus Veneto, Not. & Cancel. Episcopat. Paduæ.

S A N T' E L E N A.

IN vicinanza di questo grosso Villaggio à mezzo giorno vi sono l'acque calde di S. Elena, che per auviso di *Ong. lib. 1.* erano anticamente dette il Bagno della stuffa, perche dal monte, da dove escono, vi era una stuffa sudatoria. Si vede quivi sopra un ameno Colle da tutti gl'altri distinto un Nobile, e sontuoso Palazzo delli Signori Conti Salvatici Famiglia trà le nobili Padovane, scrive *l'Orf. fol. 58.* conspicua, & abbondante in ogni tempo di soggetti di nome Immortale.

Super SACELLI Ostio in marmore

D. O. M. DIVÆQ; ELENÆ DICATUM.

In-

Intus. Quod loco antiqui Sacelli Aloysius Sylvaticus Archidiac. in usum Domus suæ construendum mandavit, Sanctiss. Sacrif. primò factum fuit die 14. Oct. MDXCVI. Obiit die XXIII. Mens. Apr. anno MDCVIII. Jo. Bapt. J. C. & Eques D. Marci. Franc. & Benedict. Philos. & Med. professor. ab injuria temporis vindicarunt. MDCXI.

Super Cubiculi ostium formosis literis.

BENEDICTUS SYLVATICUS EQUES Bartholomæi F. in patrio Gymnasio Primarium Medici Professoris munus unico ad hanc diem exemplo adeptus, à Cæsare in Germaniam, per Italiam à Principibus, summisq; viris sæpè vocatus, septuagenario major paternum suburbanum modico lare, ac tecto, & angusto per obliquos tramites accessu incommodum laxatis veteribus, novis adjectis cubiculis, porrecta fronte surgentium pinnarum coronamento antiquum tholum cingente in ampliorem, atq; augustiorem sanè formam redegit, & ut mollior aditus esset, colli dorso clementer acclivi scalas supino ascensu suspendit, objacentem colli planitiem directa area explicuit, & hinc inde deductis rivis placidè alluentis fluminis commercio aditum aperuit. Anno Dom. MDCXXXXVIII. Ex Senatus decreto Supraord. Professor.

Item ex alio latere.

BARTHOLOMÆUS SYLVATICUS SEREN. REIP. VENETÆ J. C. & Eques, gestis majoribus Patriæ Magistratibus, & præstitis suo Principi omnibus obsequiis, tùm profitendo in præcipuis Cæsareæ, & Pontificiæ facultatis sedibus, tùm eidem in publicis causis consulendo, negotiumq; de finibus in Aula Cæsarea cum Illustrissimis Procuratoribus pertractando Anno Christi MDCIII. ætatis suæ LX. hoc Domicilium construendum curavit, quo cum Hieronymo Fratre alta mente prædito, & ob id Patriæ, cujus altiora munera obivit, ac Principibus, tùm externis, tùm Venetis, quibuscum variis Illustrissimis Legatis honorificentissimè servivit carissimè, & cum Filiis, quorum unum Aloysium Archidiaconum, alterum Jo. Baptistam J. C. Tertium Petrum Præfectum Militiæ vidit, aliquando ex laboribus, & vigiliis ad quietem se reciperet. Obiit XI. Kal. Octobris MDCIII.

Hanc ferè obliteratam memoriam in saxo sculpendam, sicq; reficiendam curarunt Jo. Bapt. J. C. & Eques, Franciscus, & Benedictus Art. & Medicinæ professor Filii superstites. An. Dom. MDCXI.

Ad fontem, ubi Balnea, sub Imagine B. M. V. FONS SALUTIS.

Fons hic Cœlestis invocatus, terrenis dedit virtutem, & fortitudinem, dimissã vocem reassumpsi ego Joseph Bellinus Attestinus J. U. D. anno D. 1651. ætat. suæ 49. & in memo. posui.

Extrà ad meridiem paulò altiùs à terra in amplo marmore.

Federicus D. G. Romanorum Rex Imper. August. Universis Sac.

Rom.Imper. fidelibus præsentes litteras inspecturis, gratiam suam, & omne bonum, toties regiæ celsitudinis sceptrum altius extollitur, & ipsius status solidius solidatur, quoties fidelium devotorum vota benigno prosequitur affectu, & ipsorum jura, & gratias servandas longislua Principis clementia invenitur considerantes;itaq; Nob. Viri Nicolai de Carraria,Natiq; Nob. Viri Ubertini de Carraria nostri, & Imperii fidelis dilecti,grataque nobis & Imperio ...... exhibere potuerit obsequia, & ut indevotissimi,& fidelitatis Zelum erga nos,& Sac. Imperium ferventiùs attendatur, ipsum de districtu, & omni jure, & jurisdictione nobis, & Imperio in terris suis, & aliorum de Domo sua pertinentibus, & de monte Stupæ,qui balneum S.Elenæ dicitur, cum omnibus suis pertinentiis recepto ab ipso fidelitatis, & Homagii Sacramento, ex speciali gratia investimus, & benignitate regia infeudamus, dantes sibi super eo præsentes nostri Regalis Sigilli munimine roboratas. Datum in Demburgh IV.Kal. Mart.anno D. MCCCXX. Regni nostri anno VI.

Bartholomæus filius Pacis Hospitis Sac. Pal. Imperial.Auctorit. Not. & Officialis exemplavit 1352. indic. V. die Mart. secunda Mens. Jan.

Super Ostium Domus infirmorum.

Ab Avorum vestigiis minimè devii Cō. Bartholomæus & Benedictus fratres Sylvatici restaurarunt an. D. 1692.

C A T A J O.

Colle trà gl'Euganei, à piedi del quale si vede il Magnifico, e regio Palazzo delli Signori Marchesi degl'OBIZI, Famiglia nobilissima,le di cui gloriose memorie sono espresse nelle seguenti inscrittioni.

Splendidum hoc,&c. amænum Palatium à PIO ÆNEA Obicio magnis impensis extructum, Pius Æneas Obicius Marchio, deindè majorum exemplo ad loci Majestatem, dejecta vicini montis parte, novis substructionibus ampliavit. Plures heic Inscriptiones spectantur, quæ præclara hujus familiæ gesta exponunt: quas olim peculiari libro paucis noto Josephus Betussus *Bassanensis retulit. Nos dignas censuimus, quæ omnium heic oculis exponantur.*

In superliminari Vivarii.

1 MDLXXII. Hęc septa,quib. diversa animalium genera continentur, Pius Æneas Obicius, ne qua amicis deesset jucunditas,muro circumdedit, tu, qui speciem, & belluarum lusus contemplaris, Domino, genioq; loci gratulare.

In aditu Palatii Carmina Pauli Juliani Ungari.

Jupiter alme domum tutare, superna Gigantes
Atria si capiant, hic tuus orbis erit.
Heic quoque siderei sunt picta Palatia Cæli,
Adde notis animas, numinis instar erunt.

In

In Laquearibus.

Nobilibus, plebiq; pares metitur honores,
Qualis quæ externis bellis interrita Roma,
Mole sua dedit ingentem cuncussa ruinam.
Antiqua de gente Patres, titulisq; decori
Mollibus imperiis, populum, plebemq; gubernant.
Sic Venetus rexit per sæcula multa Senatus.
Ipse suis orbem certat submittere Princeps
Legibus, ò utinam Christi Pastoris ad unam
Diversa de parte greges cogantur ovili.

Post ascensum scalarum, in ipsa Area, ad dextram, ubi Avearium.

3 Agrestes superbite lares, vos in solitudine positos Procerum populo, & virtutum turmis, quas secum trahebat, frequentes efficit Regia celsitudo Caroli Emmanuel Ducis Sabaudiæ. Ut tantæ vobis magnificentiæ additæ *1667.* gloriosum monimentum perennet, hoc saxum posuit Pius Æneas Obicio Marchio Orciani.

Item ex alio latere.

4 Huic Domui, in qua pro fatigando stupore magna tot congregavit ornamenta Pius Æneas Obicio Orciani Marchio supremum decoramentum addidere, ac sibi ipsis mansione electa Celsissimi electores Ferdinandus Maria, & Henrieta Maria Adelaida Bavariæ Duces Serenissimi, Pientissimi, cùm pro firmanda valetudine ad Thermales Euganeorum fontes accessissent, anno ab orbe redempto MDCLXVII.

In Fronte super Ostium.

5 Ædibus superioribus; quas Pius Æneas Obicio Cataphractum Ductor, totiusque Imperii Veneti Generalis Collateralis brevi, & præstanter erexit, Pauloque Veronensi Pictorum sui temporis Apelli præclaris Obiciorum gestis illustrandas tradidit Pius Æneas Nepos ex Roberto filio magni Ducis Etruriæ Archipocomo, & Orciani Marchioni, Peristylium hoc cum ædificiis inferioribus, in quibus Sphæristerium Equile Theatrum armamentarium, fontes, atq; alia multa conspicua inspiciuntur magnis sumptibus, præsertim ob varias montium

incisiones eleganter adjunxit, & singula deliciosa suppellectile ad amicorum commodum exornavit. A.D. 1661.

In Prospectu, ubi recessus, quem implet Elephas.

9 Quatuor Soles ædibus constantes solstitium fecere, Ferdinandus Maria Bavariæ Dux sancti R. Imperii Elect. Adelaida Sabaudia Conjux, Maria Anna illorum filia, Carolus Emmanuel Allobrogiũ, & Pedemontis Dominus, hi Penates Beatos se nuncupant illorum presentia. Et Pius Æneas Obicio Orciani marchio tantæ magnitudinis marmor erexit. 1665. Mense Junio.

In Palatii Cænaculis.

10 D. O. M. Quas cernis hospes gentilitias Obiciorum depictas imagines, eorumq; præclara facinora, & Stemmata brevi Elogio à longa serie Virorum Illustrium decorata; Pius Æneas majorum suorum gloriæ non immemor, ac posteritati consulens, in hunc ordinem redigi curavit. anno 1571.

Auth. & Indag. Jos. Betufs. Bass.

11 Ne quid laude dignum prætermittatur, scias non semel, sed etiam, atq; etiam Obiciorum Progeniem, qua bello, qua pace imperantem his auspicius, quorum extant insignia, ad supremos militiæ gradus pervenisse, amplissimamq; gloriam consecutam esse, *ut in serie.*

12 Obicione, & Frisco Fratribus ex Burgundia oriundis Nobilissima, & vetustissima Obiciorum Prosapia Italiam petiit, in Hetruriaq; consedit una, eademq; cum Flisca, quæ ex altero nomen duxit Anno Millesimo Septimo, *ut Archivio Genuensi.* Hæc multos Heroes, Imperatoresq; exercituum procreavit, Principatum in Civitate Lucæ obtinuit, pluresq; honores in Europa, & in Asia adepta est, tandem ut rerum humanar. vicissitudo postulat, post Annum Quingentesimũ Tertium Patavij in Pio Ænea solo remansit, in quo etiam viget.

13 Post multa in Italia pro S. E. D. E. Apostolica, Imperatoriaq; Majestate ab Obicione, & Frisco Fratre feliciter gesta Obicio, à quo Obiciorum Familia nomen accepit, ex omni procerum numero ab Henrico II. Cæs. ad sedandos Saxoniæ tumultus in Germaniam redeunte unus delectus fuit, & pro Imperatore totius Hetruriæ, & Liguriæ littoralis cum magna peditum, & equitum manu ad Seracenos, qui tunc ex Apulia pulsi oram maritimam populabantur fugandos constitutus. Hic primus ille fuit, qui Lucæ fundamenta sibi, suisq; erexit Ann. M. X *ut in diplomat. & in besti. ejusdem Imp. & ex aliis scriptis.*

14 Cum Tyrus Ann. MCXXII. gravi obsidione premeretur Præfectus

ctus exercitus Saladini animi, & corporis vi valdè pollens, & formidabilis in Duces Christianos quotidie insultabat, atq; eos in certamen minaciter provocabat, unde Obicio ejusdem nominis in Familia secundus, qui eo tempore vices Curandi Marchionis Montis ferrati in Civitate Imperatoris, & propugnatoris gerebat, tantam insolentiam non passus cum eo equestri prælio sub mœnibus Urbis decertavit, ipsumq; non modò superavit, sed nullo accepto vulnere interemit, posteà in ea Provincia decedens Ascalonæ tumulatus est. *Annicetus Patriarcha Constāt. in historia Ecclesiastica Orientali. Cave, ne æquivoces Anicetum pro Niceta Coniata.*

15 Saladino intereà Tyrum obsidente, & Clemente III. Pont. Max. Cruce signatorum toto Christiano orbe habente omnibus Principibus Asiæ Europæq; concurrentibus Christianorum classis trecentis triremibus instructa cum ampliùs sexcentis navibus hostilibus in Locio Mari conflixit, in quo Navali prælio Ninus Obicius Lodovici Filius triremib. Reip. Lucensis Præfectus duas hostium Naves debellavit, & cepit, easq; ad promontorium aerum captivas perduxit. Ann. 1589. *eodem Anniceto Auctore.*

16 Damiata, ac Tyro ab hostili Sarracenorum manu captis, præsidiisq; Christianorum multis locis dejectis Imperatorum Constantinopolit. auxilium à Gregorio IX. Pont. Max. aliisq; Principibus Christianis implorat Nicolao Nini Fil. hæc Provincia obtigit, is Ecclesiastici exercitus Imp. designatus Anconæ cum delectis militibus Naves conscendens exercitũ trajicit, ubi cum Sarracenis iniquo Marte dimicatum est, ipseq; in prima acie multis vulneribus confossus fortiter cecidit, atq; Ascalonæ eum Obicione II. humatus est. Ann. 1233. *ut in Hist. Terræ Sanctæ sub Friderico II. Imp. & in Bibliotecha in Vaticano.*

17 Anno MCCXLIIII. Fridericus II. Cæs. Ecclesiæ inobediens factus Innocentium IIII. Pont. Max. in arce Sutrii obsedit, eumq; in potestate habere conabatur, quam ob caussam Summus Pont. à Genuensibus auxilio implorato, maximèq; in Aloysio Nini Fil confidens ab eo incolumis per medios hostes usq; ad centum cellas ducitur; ubi Triremes sibi instructas conscendens Genuam petiit, & Lugdunum appulit. ibiq; adversus Fridericum consilium habuit, quapropter tanti beneficii non immemor Aloysium, & Fratres multis honoribus decoravit, *ut in Vaticano in Hist. Bibliothecarii, & alibi.*

18 Anno MCCL. Italia ferè tota Guelphorum, & Ghibellinorum factionibus perturbata, qui Ecclesiæ favebant in Hetruria exulantes eodem Aloysio Nini Filio Duce Innocentii IIII. Pont. Max. gratiam inire cupientes Florentiam ingressi sunt, partesq, Friderici II. Imp. rati onibus studentes expulerunt. Isq; à Florentinis Præfectus militum Urbisq; creatus, multa egregiè de illis benemeritus, inter Cives cooptatus est, & donec Fridericus in Hetruriam rediit, Ecclesiastici in ea Ur-

Urbe viguerunt, *ut in collectis rer. Hetru. & gest. Innoc. IIII.*

19 Quem cernis Summo Pont. astantem, Virginemq; desponsantem idem Aloysius fuit, qui etsi sanguine, & cognatione priùs Innocentio conjunctus esset, nihilominus ab eo inter omnes sui Ævi proceres electus in connubium fuit Catharinæ Pontificis ex Fratre Neptis, ex quibus posteà recta linea propagati sunt multi Heroes, etsi, ut rerum vicissitudo postulat, jam ferè ad ultimum hæc progenies redacta sit. Ann. 1251. ut *in Diplomat. in Annalibus Hetruscis, & in Vita Innoc. IIII.*

20 Cùm Aloysius idem optimè, deq; Ecclesia, & Sede Apostolica meritus esset, Innocentius IIII. Summus Pont. nemine Patrum dissentiente eum supremum Imperatorem totius militiæ Ecclesiasticæ in Italia constituit, Fratremq; ipsius Obicionem, qui tunc temporis Avinione degebat, ubi etiam Pontifex morabatur, Pontifice cohorti præposuit. Ann. 1260. ut in Historiis Ecclesiasticis, & in Diplomat. Ambo postea in Italiam reversi Lucæ diem suum obire.

21 Postquam inter Senenses & Florentinos ad Arbiam Fluvium Anno MCCLX. præliatum est, & Florentini cessere, Amphrion Nicolai, & Thomas Aloysii Filii reliquiis dissipati exercitus collectis Lucam versus profecti Marchiones Malespinas, qui se eis cum magno peditatu, & equitatu opposuerant, ancipiti prælio superantes, adversamq; factionem fugantes Lucam tenuerunt, ubi Magistratus suo arbitrio crearunt, leges rogarunt, & Familiæ suæ Principatum erexerunt. *Ex variis Collectis rerum Hetruriæ.*

22 An. eodẽ Manfredo utriusq; Siciliæ Rege Lucã, ut profugos Gibellinos restitueret, obsidente, idem Thomas eam acerrimè defendit, atq; ita, ut Guido Novellus Comes, qui regiis copiis imperabat, vir bello clarus re quidem coactus ab oppugnatione discesserit, nomine verò, ut alias Urbes à Rege deficientes reciperet, Thomas moritur An. 1265. cui Lucenses æneam equestrem statuam posuerunt, quam Castrutius posteà ejus gloriæ invidus dejectam in aliud opus conflavit. *Ex Historiis Bernardini Brunotii. & ex aliis scriptis Rerum Hetruriæ.*

23 Insula Britannia tributum Romanæ Ecclesiæ pendere contumaciter recusante, ipsaq; inter se dissidente, ac contra Henricum Regem conspirantes Urbanus IIII. Pont. Max. ad illas sedandas contentiones Cardinalem TT. Sancti Ægidii cum auctoritate Sacris interdicendi, Amphrionem verò Obicium Nicolai Fil. armatis militum copiis misit, cùm autem Amphrion multis, maximisq; pro Pontifice, & Rege rebus triennio gestis in adversam valetudinem incidisset, è vita decessit, atq; Londuni exequiis regio apparatu instructis in Cathedrali Ecclesia sepultus est ann. 1273. *In Historiis Ecclesiast. Bibliothecarii in Vaticano, & in Anglicis Annal.*

24 Carolus Andegnaventiis Rex utriusq; Siciliæ exercitum ad Cunradini,

radini, qui in Italiam ad Neapolitanum Regnum, quod sibi Manfredo mortuo debebatur, recuperandum venerat impetus sustinendos comparabit. Ad planitiem Palentię pugnatum est. Vincitur Cunradinus virtute Bonifacii Obicii Thomæ Filii, qui Hetruscis copiis, Carolo in auxilium missis præerat. Is fortiter in prælio occubuit, cujus corpus lachrymis decoratum Rex Lucam reportari jussit, eiq; statuam æneam equestrem paternæ haud dissimilem Resp. erexit 1206. *ut in manuscriptis Regni, & Hetruriæ.*

25 Ludovicus Thomæ Fil. & prioris Bonifacii Frater, & ipse Anno MCCLXV. Equitibus Clementis IIII. Pont. Max. præfuit, *ut ex actis Ecclesiasticis in Archivio Urbe vetano, & ex variis Collectis Rer. Hetr.*

26 Ne deleatur apud Patavinos etiam Obiciorum Familiam olim optimè de se benè meruisse An. MCCLXXXV. Domus residentiæ Antianorum, ponsq, lapidibus prope Fanum Divi Joannis à Navibus sub regimine Gulielmi Malespinæ de Obiciis de Luca Præturam Patavii exercentis, ut ostendunt insignia Obiciorum in eo incisa, constructus fuit, multaq; alia præclarè facta, quæ ex variis Chronicis manu cõscriptis colligi possunt. *Hoc etiam testantur Civitatis Statuta, aliaq; publica scripta Sic bello, & Pace hæc progenies ubiq; floruit.*

27 Anno MCCC Obicio Ludovici Filius, qui tunc Lucæ magna auctoritate, ac potentia florebat, à Conjuratis multis acceptis vulneribus occisus est, quod facinus Lucensis Civitas indignè passa ad arma contra sicarios cives accurrit, capti suplicio affecti multorum capita constituta de publico mercede delata Domus dirutæ, si qui suspecti erant, ejecti, & deportati, quo facto tota Civitas suum erga ipsum, totamq; Obiciam Familiam amorem testata est. *Jo: Villanius, Blondus, Josephus Civitalis, & quamplurimi.*

28 Nicolaus Ludovici Filius, & Obicionis Frater armorum studio incensus in Galliam evolavit, is à Philippo Valesio Gallorum Rege, qui eo fortè tempore cum Anglis bellum gerebat, benignè exceptus est, pace verò inter eos conciliata Rex Galliæ in comitem Flandriæ copias suas convertit, eoq; in Gandavi Urbe, quæ una, cæteris amissis, ei relinquebatur obsesso, ac deditionem faciente illam Civitatem, totamq; Provinciam Nicolai Imperio Regi voluit, qui posteà Fratris morte audita, cum in Italiam properaret, Lugduni diem obiit anno circiter MCCC. *In Hist. Gallicis, & ex variis scriptis Hetruriæ.*

29 Quem unum Togatum cernis Gherardus Obicius, is est, & Ruberti Regis Neapolitani magnus Consiliarius, hic, quo tempore idem Rex Apostolicæ Sedis nomine Ferrariam regebat, ibi se contulit, ubi credere dignum est, sibi, posterisq; Obiciis domicilium statuisse 1324. *Ut in Bibliotecha Divi Jo. in Carbonaria Neap. & ex quibusdam Pisciæ Com.*

30 Anno MCCCX. Infidelibus ædem Sancti Petri in Insula Rhodo op-

pugnantibus, Piratisq; Mare infestantibus militia Hierosolymitana in eos Classem convertit, cumq; Robertus Obicius Obicionis Filius, & ejusdem Ordinis Eques, unius triremis Trierarchas esset, hostili Classe inventa, adeò acriter primus inter alios eam adortus est, ut magna clade hostium facta triremem vicerit, sed nimis audacter pugnans, nemineq; eum adjuvante in illo conflictu multis ictibus, sagittisq; confossus pro Fide, & Religione non inultus ceciderit. *In Annalib. Militiæ Hierosolymitanæ.*

31 Uguccio cognomine Fagiolanus, Pisarum, Pistoriæq; Tirannus, cùm Lucam in suam potestatem redigere avidè cuperet, operam dedit, ut Obiciis, & Ecclesiastica factione intra Urbem rerum potiente Castrutio, Vero, iisq; qui Imperatori favebant, exulantibus ad arma inter eos, quod factum est, veniretur, pertinaciter utrinq: pugnatum est, demum Castrutii, auxiliariorumq; Uguccionis militum virtute Lucius Obicius, qui & Lutus appellatur, Dux Lucensis exercitus, & Equitum Roberti Regis Siciliæ cedere coactus est, quo viro expulso, Castrutio aditus patefactus, quo Lucam, multasq; alias Civitates dominatu suo teneret 1324.
J. Villanius in vita Castrutii, Josephus Civitalis, & alii.

32 Capta Luca, iisque, qui Ecclesiæ partes tuebantur à Castrutio, & Uguccione pulsis post cladem, quam ad Catilinæ Montem Florentini anno 1315. acceperunt, Lucius, qui eo tempore Familiæ Obiciorum Dux erat, Exul Roberto Regi Neapolit. auxilium ferens pedestribus, equestribusq; copiis ornatus partim à se collectis, partim à Florentinis sibi traditis venit, in Drepani obsidione moritur, cujus corpus summo cum mœrore Rex Neapolim misit, & in Cœmeterio Ecclesiæ Sanctæ Claræ marmoreo Sepulchro, quod hodie videre licet, condi voluit.

33 Alamannus Obicius Thomæ Fil. magni animi Vir, & Militiæ benemeritus Florentinorum exercitus diù Imperator fuit, is ita Catilinæ Montem diù obsessum tenuit, ut ei testimonio historicorum non minor laus, quam Julio Cæsari in Alexiæ Mandubiorum oppidi obsidione concederetur, nam oppidum inexpugnabile videbatur. Quo capto, Lucam inde obsedit. Sed in suspicionem Florentinorum venit, ne nimis Patriæ indulgens eam expugnare nollet. Itaq; factum est, ut alter in ejus locum substitueretur, & pene victor, cum tamen ea à successore capta non fuerit, sperata, & certa victoria defraudaretur, sic invidiæ vim evitare non potuit. Ann. 1330. *Joannes Villanius, & pleriq;*

32 Cum Actius Corrigiensis. Ann. MCCCXXXV. Dolo Fratri Guidoni Parmam subripuisset, eamq; se posse retinere diffideret, cum Obicione Marchione Estense Ferrariæ Domino 1344. (*Joanne Baptista Tigna auctore*) convenit, illamq; ipsi enumerata pecunia tradidit, unde Alemannus, de quo suprà, tunc Urbis Prætor à Civibus creatus, hæc enim erat dignitas in Civitatibus suprema, & tantummodo Urbis Nobilibus, & illustribus, cum potestate Gladii Domi, militiæq; concessa, dominium Obicioni concessit, & in eadem dignitate permansit. *Gaspar Sardus, & ex aliis Collectis Rerum Galliæ Cisalpinæ.*

33 An-

33 Anno MCCCXLVI. cùm Vicecomites Scaligeri, aliique Italiæ Principes contra Obicium III. Estensem Ferrariæ Marchionem conjurassent, totius exercitus socialis Philippinus Gonzaga Mantuæ Dominus Dux electus Mutinam versus arma movit. Alemannus Obicius, qui tunc etiam Parmæ Prætor erat Dux, & ab eodem Marchione creatus, Collectis copiis Equitum, & Peditum inter agros Mutinensium, & Regii Lepidi Philippinum aggressus est, nec priùs destitit, quàm victoria potitus sit. In ea clade desiderati hostium fuere plusquam mille, reliqui fusi, fugatiq; *Joannes Giliolus Parmen. Gaspar Sardus, Jo. Baptista Pigna, & alii.*

34 Arretium virtute Joannis Obicii Alemanni Filii, Florentinis succubuit, bis exercitui eorum præfuit, semel, atque iterùm Germanos superavit, & de Patria benemeritus in tutanda ejus libertate annuo stipendio ex publico donatus fuit. *Joannes Villanius, Josephus Civitalis, & alii.*

35 Thomas Obicius Philippi Fil. non modò in sua gente insignis, sed omnium, qui ea tempestate clari habiti sunt, clarissimus, & in tota Europa celeberrimi domesticum maximi Joannis exemplum secutus, qui priùs hoc idem egerat Lucensium libertati, apud Carolum IIII. Imperatorem Joannemq; Filium Regem Boemiæ consuluit. Bisq; ad eos in Galliam Cisalpinam, & Germaniam profectus est, nec solùm Patriam liberam reddidit, sed multis immunitatibus auxit. Ann. Mccclx. *Ut ex variis Collectis rerum Hetruriæ, in Diplomatibus, ex Josepho Civitali, & ex aliis.*

36 Cùm Urbanus V. Pont. Max. pro Ecclesiæ, totiusq; Italiæ libertate laboraret, Thomam Obicium, de quo priùs ob ejus egregiam virtutem elegit, qui Ecclesiastico exercitui imperaret, Joannisq; Aucuthi Angli Ducis formidolosi Italiam opprimentis, Hetruriamq; cum M M M M M. Equitibus, & magna manu peditum vastantis impetus frangeret, quem Thomas M M M. Cataphractis Equitibus M M. peditibus in Arretii planitie cum magna strage fudit, ipsumq; cepit, quæ victoria ab omnibus ejus ætatis Scriptoribus celebratur Anno Mccclxviiii.

37 Quem cernis inter alios tàm viriliter se ostentantem, acriterq; pugnantē, & ille Thomas fuit, qui sub Ædoardo III. Angliæ Rege, contra Scotos militans in conflictu, apud Urbem Sancti Andreæ Ann. Mccclxvi. in prima acie hostes aggressus, adeò præclarè se gessit, & tàm intrepidè impetum hostilem sustinuit, ut virtute Thomæ Ædoardus confessus sit in ea pugna Davidem Scotorum Regem captum fuisse, eaque se potiri victoria. Quapropter Manubiis hostium oneratus in illis insulis insignis evasit. *Polydorus Virgilius, & alii in Hist. Anglicis.*

38 Cùm, quemadmodùm ostensum est, Thomas, Aucutho victo, totoq; Ita-

Italiæ Statu commutato Angliam petiisset honor sicq; ab Ædoardo Rege, qui incredibili ejus videndi cupiditate ardebat, receptus esset, multa in bellis contra Scotos, & Gallos egit. Pace autem facta Ædoardus Militiam Sancti Georgii xxvi. Principum numero instituit, in quam Thomas cooptatus torque, ac baltheo, quem Garretheriam appellant, insignitur, ab ipsoq; Rege Frater vocatur, multisq; muneribus in Italiam rediturus ornatur. Mcclxxi. *Ut in Institutis Anglitis, & in Catalogo Militiæ Sancti Georgii.*

39 Malè rebus in Italia se habentibus, & partim Ecclesiæ, partim Imperio Civitatibus assentientibus Thomas, de quo priùs, Patriæ amans Avinionem etiam ad Gregorium XI. Pont. Max. ann. Mccclxiii. profectus est, à quo cognita hujus Viri virtute non modò, ut Patriam tuendam suscipere impetravit, sed ab eo Præfectus gentium Ecclesiæ in Italia creatus est, multis privilegiis, & immunitatibus donatus, quapropter Lucenses tantorum beneficiorum non immemores ei annuum, ex publico stipendium, quod priùs Joanni datum, auxere. *Ut in Diplomat, & in Historiis Lucensibus Josephi Civitalis.*

40 Dùm Thomas Obicius in Italiam reversus Ferrariam, Pisciamq; ut tranquillitate corporis, & animi frueretur, sibi de legisset anno Mccclxxxv. *Ut in Diplomatibus*, Ab Antonio Scaligero Veronę Domino ejus exercitus Imperator creatur, pro quo multa præclara gessit. Cùm autem Antonius, ita rerum vicissitudine ferente, à Joanne Galeatio Vicecomite Mediolani Duce Verona pulsus esset, Thomas Ferrariam se recepit, Estensibusq; Principibus ejus Consilio, atq; opera in dubiis rebus utentibus, ita prudens, & fidelis habitus est, ut ab illis sit Pater appellatus. *Gaspar Sardus, Joannes Baptista Pigna, & alii.*

Joannes, de quo diximus, Alemanni Fil. & ipse ann. 1388. manu Francisci Carrariensis Senioris Patavii Principis suprema militiæ insignia accepit, ab eoq; Dux totius exercitus creatus, qui excedebat numero Triginta Millia militum in bello contra Venetos inchoato, multa præclara gessit, Oriagum, Castrum Carro, Lovatam, Lugum, Sollaniam, Sanctumq; Hellerum Vallis cinxit, oppidumq, Mestre oppugnavit, sed invidię livores evitare non potuit, suspicione orta eum nimis Venetis favere, tandem Carariense ab eis victo, omniq; ditione spoliato Joannes Ferrariam se contulit, ibiq; diem suum obiit, *ut ex Chronicis Patavinis.*

Alberto Estense Marchione Ferrariæ Anno Mccccxciii. moriente, Thomas unus ex tutoribus, & gubernatoribus Nicolai Impuberis Filii relictus est. Is talis fuit, ut graviora negotia ad eum unum omnia relata sint. Eodem anno civis Ferrariensis, & Florentinus factus est. Tandem senex Anno Mcccciv. Joannam ex Friderico Malespina Villæ Francæ Marchione natam, Roberto unico Filio in matrimonium collocavit. Roberto autem mortuo, Thomas superstes, Antonium ex Filio Ne-

Nepotem, ex Testamento hæredem instituit, corpusq; suum Piliciæ, ubi Sacellum, & Sepulchrum sibi construxerat, humari mandavit, *Gaspar Sardus, Jo. Baptista Pigna, & alii.*

Ninus etiam non Magni, Thomæ sed alterius Filius præ nimia potentia, & auctoritate Lucensibus suspectus proscriptus fuit. Sed ingratitudini Patriæ immemor intercedente Bonifacio IX. Pont. Max. industria, æreq; suo libertatem ab Encelao Imp. obtinuit Mccclxxxii. *Josephus Civitalis in Historiis Lucensibus.*

Et Ludovicus hic Alemanni Fil. strenuus armorum Dux, pro Rep. *Florentina* multa præclara gessit. Cujus imago equestri statua decorata (*virtutis ejus monumentum*) in Ecclesia Annunciationis Florentiæ adhuc fulget. Decessit ann. circiter Mccccxc. *Josephus Civit. & alii.*

Alter Joannes Obicius alterius Nini etiam Filius Florentinorum exercitui præfuit. Is à Lucensibus proscriptus, & exilii minimè patiens, cùm sibi reditus in Patriam intercluderetur, vi in ea semel irrumpens repellitur. Cùm iterùm ad illam se conferret, captus se redemit anno Mccccxciv. cùmq; quiescere non posset, Morianum oppidum in agro Lucensi, quod antea Obiciorum fuerat, vi cepit. Unde tandem à Lucensibus ejectus fuit, oppidumq; ipsum solo æquatum. *Joseph Civit. &c.*

Nicolai III. Estensis Marchionis Ferrariæ copiis, ad Lugum Duce Amphrione Joannis Filio fusis, qui Barbiani Comitis insidiis captus est. Antonius Obicius in Fratris Amphrionis locum suffectus, ita fortiter ibidem pugnavit, ut hostilem exercitum dissiparit, Actium Estensem belli auctorem, qui posteà à Venetis in Cretam insulam deportatus est, ceperit, & fraternam injuriam ultus sit. Posteà verò Amphrion, & Antonius alia egregia facinora obiverunt, Nicolaoq; Estensi gratissimi mortui sunt. Anno MCCCXCV. *Petrus Ravennas, Gaspar Sardus, &c.*

Neq; Nicolaus iste Obicius Amphrionis, & Ant. Frater prætermittendus est, is enim & copiis Nicolai III. Marchionis Estensis præfuit, & in Gallia Cisalpina contra Rebelles missus, bis cum Octobono Tertio conflixit, eumq; debellavit. *Gaspar Sard. & ex variis Col. Rer. Gal. Cis.*

Post pacatam ejus ditionem, cùm Nicolaus III. Marchio Estensis ad visendam Hierusalem, Sepulchrumq; Christi, iter arripere vellet, inter alios Nicolaus Obicius idem Comes ejus factus est. Cùmq; eò pervenissent, ab ipso Marchione Eques cum quibusdam aliis creatus est; (*Jo: Baptista Pigna teste*) quorum manibus principes ejusdem dignitatis insignia sibi tradi voluit. Post eorum in Italiam reditum Marchionem etiam in Galliam secutus à Rege honorificè exceptus est. Ann. 1394. Tandem senex Ferrariæ moritur, ibiq; sepelitur. *Jo: Giliol. Parmen.*

Jacobus Obicius incertum cujus Filius Abriensis Episcopus, vir & sum-

ma probitate, & gerendis rebus in Romana curia insignis Florentinis, aliisq; Principibus viris instātibus in Synodo Constantiensi Anno 1316. Archiepiscopus Pisanus creatur, qui posteà in multis gravibus negotiis pro sede Apostolica se optimè gessit, & nisi eum mors immatura eripuisset, sine dubio ad majora pervenisset. Vixit Annos circiter XL. *ut in Epist Reip Flor: ad Sacr. Conc: & in registr. Archiepiscopat. Pisarum.*

Cùm ex ampla Obiciorum gente Antonius Roberti Fil. & Thomæ magni Nepos, & Ludovicus Joannis Fil. Pyrrhusq; Ludovici tantummodò superstites essent, ab Antonio Obiciorum Familia, quæ hodie viget, propagata est. Nam, cùm Patavium venisset à Nigra ex Nigrorum genere nata, ad quam maximæ opes, quas nunc Pius Æneas possidet jure hæreditario pervenerant, omnibus præponitur, cui ipsa in matrimonium collocetur, ex quo multos Filios suscepit, qui ab Anno 1422. in hunc usque diem domicilium Patavii constitutum habuerunt, *ut in Diplomatibus, & hic finis.*

MONTE DELLE CROCI.

In Ecclesia Montis Crucum Abbatiæ titulo decorata, quam Franciscus Carrariensis Dominus Paduæ Camaldulensium Ordinem in Euganeos Montes traducere volens, suffragante ei Paulo Venerio Abbate Sancti Mich. de Muriano eidem Abb: unà cum Cœnob. aggreg. Hist. Camal. l. 2.

In Templi Fermè medio ad Meridiem, Humi.

Lapide antica, Casa Obici posta in questa Chiesa l' an. 1449. & fatta rinovare da me Ruber. de gl'Obici l'an. 1678.

BERTEPAGLIA.

LAtinamente, *Braida de Palea*; denominata in un Instromento di donatione, fatta da Artuso, Figliuolo II. di Litolfo da Carrara del 1068. ad Ildebrando, all' hora Abbate del Monasterio di S. Stefano di Carrara, per salute dell' anima sua di cinque Possessioni, che massaritie le nomina, da lui posseſſe; In *comitatum, & Judicaria Montesilicana in loco, & fundo Pernumia, Orf. f.* 143. dove registra l' Instromento, veduto, dice egli, nell' Archivio de Signori Marchesi Papafava da S. Giovanni.

In Paroch. Eccl. S. MARIANI, qui Grecus genere Episcopatum Patundecimus post D. Prosdoc. tenuit turbulentis Patavinæ Ecclesiæ temporibus, cum omnia seditionum dominatu tenerentur, & ubiq; fœda regnaret licentia, omniumq; scelerum colluvies, quam, quoad potuit S. Episc: viginti quatuor annorū curriculo voce, & exemplo compescuit.

1 *Ad Aram maximam.* Pietate Piorum MDCXXXIV.

Supra Rosarii Aram.

2 Bernardo Brasca Pat. Rect. Procurante. Mag: Jacobo Salomonio Ord. Præd. Concion: suadente, Parœchiæ fideles collatitia stipe extruxere, anno MDCLXI.

3 Pa-

3 Parumper siste viator, & Elisabeth Montonæ Nob. Pat. Monum. suspice, & inde disce pietatem, & post mortem vivere. Hæc inter Virgines Gasparinas educata, virgo ad obitum vixit. Pauperes tàm caros habuit, ut eis omnia sua bona contulerit; plures juvenculas inopia pressas, dote ampla nuptui dedit. Quatuor annos Bertepaleæ vixit, post quos vita cessit, & in morte pietatis documenta præbens, Virginibus quippe Gaspar reliquas suas facultates ex Testamento legavit, ea cõditione; ut pro ea res Divina semel in hebdomada peragatur, Hujus Eccl. Rectori XXII. libras annui redditus, & success. obventuri reliquit, eo onere Morientis ore Clericis expresso, ut singulis Mensibus, & emortuali die pro ejus anima Sacrum fiat, & die secunda Nov. super ejus Tumulum fax accendatur. Vixit annos LXVI. mens. VI. dies XXII. obiit XIX. Oct. 1684.

Laurentius Juriatus J. U. D. Eccl. Rect. benefactrici suæ O.M.M.P.

---

5 *Humi.* Hìc jacent ossa Elisabethæ Mont. Nob. Pat. 1684.

Super pallam Aræ S. S. Nominis Dei.

7 Laurentii Juriati J. U.D. Rect. solertia, Mag. Jacobi Salomonii Ord. Præd. in concionibus eloquentia excitati populi congestis eleemosynis erexere. 1683.

---

8 *Ultra Templi Medium.* Tumulus sine titulo.

9 *Ad Aram S. Mar.* Ære societatis D. Mariani 1622.

10 Tumulus fam. Bertepaleæ Nob. Pat. cum stem. sine lit.

11 Sepoltura per li Frat. di Cappa osserv. della Fraglia di S. Mar. 1693.

In Sacrario super Ostium.

12 1573. adi 15. April. in tempo del R. Misser Prè Pasqualin dal Cappello Rett. della Gesia fù fatta questa Sacrestia.

13 *Ibidem* Eccl. Sacrarium, & Domus, restaurata fuere. Laurentio Juriato J. U. D. Rectore. MDCLXXXV.

In Nola Majori.

14 SS. Mart. Vito, Mod. & Cre. sacra Sagred. Nob. Venet. Archipresb. MDCIII.

C A M U R A

In Eccl. S. Stephani, olim Monast. Deindè commendata, hodie Canonic. Illyricorum Romæ Degentium.

In pariete ad Orientem, in parvo lapide.

15] Prosdocimæ M. & Claudii ejus filii, ut amor simul, sic ossa quiescunt 1575. xxix. Jul. C. P. A. V.

14 Ad

16 *ad lævam*. Claudius Martinengus hic I. OB. an. 1584.

B I G N A S I C O.

1320 ROtto da Padovani, e dissipato l'essercito dello Scaligero, che teneva strettamente assediata Padova al Bassanello, scorrendo le militie Tedesche quì intorno, saccheggiarono, e posero à fuoco questa con tutte l'altre Ville circonvicine. *Cortus. f.* 35. Vedi *f.* 9. 37. 41. 226.

1405 Essendo quì il grosso del Campo de' Veneti, che per ogni parte teneva Padova in stretto assedio; fù da Francesco III. da Carrara, sortito dalla Città con alcune Compagnie de' Cavalli, che arditamente l'attaccò, e penetrò nelle Trinciere de' nemici, notabilmente danneggiato. *Paolo Morosini l.* 17. Vedi *fol.* 15. 16. 23. 241.

1 *In Eccl. Parochiali S. THOMÆ Apostoli, quæ est ius patronatus familiæ Marchionum de Obiciis*. V. Peraga.

Juxta Turrim sacram Tumulus familiæ Calamariæ extinctæ.

Die I I I Aguſt:. io. ci. if. Lauræ. fili Pa. P J. Roma. Arii U. I I I. L. T. Aprilis. Usmu. N. Ove. Foi. Al. io. ↄ C I X I.

B O V O L E N T A. *Vedi fogl.* 314.

B R E N T A.

1240 CAstello anticamente riputato fortissimo, d' Avezzuto da gl' Avogari. Portatosi di commissione d'Ezzelino il Podestà di Padova, con mille Tedeschi, all'espugnatione di questo Castello; e postovi l' assedio, doppo una lunga, e sanguinosa pugna Avezzu to *contrarius Eccelino, qui Castrum Brentæ tenebat*, dice *Rol. f.* 45. benche in più luoghi ferito, disperato di potersi più difendere, con animo grande montato à Cavallo, e spintolo à briglia sciolta furiosamente trà nemici; fece gran strage di quelli. *Equum ascendit*, scrive Scardeone f. 324. *& magno impetu in hostes insultans, hasta viam sibi per medios hostes aperit; qua confracta, ense stricto, obvios intrepidè ferit*: mà alla fine circondato dalla moltitudine de' nemici, fatto prigione, e condotto à Padova, fù publicamente in Piazza decapitato, e senza pompa sepolto nella Chiesa di S. Urbano. *Rol. f.* 48.

1256 Havuta nuova Ansedisio de' Guidoti Podestà di Padova per Ezzelino, che l'essercito della sacra Lega partito da Venezia si portava nel Padovano, risoluto di prevenir l' inimico, si portò con una parte del suo essercito, sin alla Torre delle Bebbe, e fatti distrugger li Molini di Marco Baduero Marescialle del Campo, chiuder con molte roste il Bachiglione, *rumpi fecit Molendina Marci Baduarii Mareschalchi exercitus*, scrive *Rol. f.* 74. *claudere flumina, ne Naves Venetorum possent appropinquare ad Bubulentam*, munì e fortificò *Castrum Brentæ*. Mà stretto per ogni parte dalli collegati intimorito il presidio si rese al Marchese Azzo Capitan Generale senza contrasto. Vedi *f.* 361.

Non

Non havendo potuto Mastino Scaligero espugnar il Castello di Bovolenta, validamente difeso da Pietro Rossi Generale de Venetisi ritirò quì coll'essercito, per divertir li soccorsi, che da Venetia venivano per il Bacchiglione. Mà, havendo il Rossi corrotte, & auvelenate le acque, tanto necessarie alla Cavelleria, fù astretto levarsi co'l Campo. *Farol. f.* 209. *Gio. Batt. Cont. l.* 8. V. *f.* 72.

In Paroc. Eccl. S. PATERNIANI In Palla Aræ Maximæ.

1 Altare erectum D. Paterniano, & S. Justinæ.

Ultra Templi medium duę Sepulturæ litteris perditis.

2 *Juxta Aram Rosarii* duæ aliæ absque titulo.

C A G N O L A.

In Eccl. Paroch. S. S. Philippi, & Jacobi, Olim Hospitale Peregrinorum, deindè commendata, & in parochialem erecta; & tandem anno MDCV. in elegantiorem formam à fundanmentis extructa.

1 MDCLII. Marco Persenelli, & suoi descendenti.

Adpedes Aræ Sacri Rosarii.

2 Franciſchinæ Ravennæ, olim Uxoris q. Jacobi Nanti, ossa hìc jacent. Præsbyter Brandimars Prior, & Rect. hujus Ecc. Fran. & Ant. Fil. mœstiss. pos. Vix. an. 72 ob. 1643.

C A N D I A N A.

ANticamente Giuridisdittione di Cono Conte Maltraverso. V'era una forte Rocca da esso Cono fabricata. *Scard. f.* 18. 98. Ma da Ezzelino presa, e spianata *capta Calcinaria, Mota, & Candiana, penitus devastarunt Milites Ecelini.* scrive Scardeone p. 48.

Scacciate dalle genti de Venetiani alcune compagnie de Spagnuoli, e de Tedeschi da Cavarzere, si voltarono al Monasterio di Candiana, dove sprezzata la Religione, tutte le cose furono da soldati con grandissima crudeltà saccheggiate. *Moc. l.* 6. *Paruta lib.* 2. Vedi f. 242. 293.

I*n insigni Basilica S. MICHAELIS, quam unà cum Monasterio Connus Maltraverso Calaonis Comes fundavit, Monachis Cluniacensibus S. Benedicti, suadente Albertino Comite de baone, incolendam tradidit anno* 1159. *inde à Clem. III. Abbatiæ titulo decorata Commendataque, & tandem à Thoma Gradonico ejus ultimo commendatario Canonic. Regul. Congr. S. Salvat. anno* 1462. *assentiente Pio II. ressignata.* Scard. Fo. Ors. fol. 273.

prope sacrarium altiùs in pariete in pulchro marmore.

1 Anno D. M. C. V. Dominus Conus de Calaone hujus Monasterii constructor hìc requiescit cum Uxore sua Domina Berta, quod Monum. anno D. M. CCCCLXCIII.

Canonici Regulares S. Salvatoris Instauratores hujus Monasterii renovata Eccl. sublimiori lapide recuperaverunt.

De veteri verò sepulchro, & Templi resignatione est memoria eleganter scripta in pagella existente in Abbatis cubiculis.

Sub tecto claustri veteris in parte meridiana adhærente parieti Ecclesiæ vetustæ: qui locus propter ædificationem hujus Monasterii, & Ecclesiæ nunc est intra capellam Sanctorum Fabiani, & Sebastiani: olim fuit, & visum est sepulchrum vetustum lapideum instar Arcæ humi situm, super quo erat ex lapide rubro tabula grandis habens in superficie ad legentium dextram insculptum recta per longum linea totidem litteris hoc epitaphium. *A. D. M. C. Q. Dominus Conus huius Monasterii constructor.* Item ad sinistram; *Hic requiescunt Dominus Conus de Saleone, & Domina Berta Uxor ejus.* Pro animabus quorum Nos consuevimus cantare singulis annis Missam defunctorum primo die non solemni post festum dedicationis Sancti Michaelis.

